



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCCCCXXXVIII. ad annum MCCCCXL.

Parisiis, 1644

XV. De benedictione salis & aspersorii diebus Dominicis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15490

ANNO CHRISTI 1440. tamen prælati & alii clerici plus timentes terrenam quam diuinam offendere maiestatem , non verentur laicis ecclesias quantum in eis est facere tributarias. Et infra : Sub excommunicationis poena inhibemus vniuersis prælatis & clericis nostræ dicecessis, ne nouam *steuram, aut quamvis aliam exactiō nem , laicis soluere præsumant , non habita super hoc superioris sui licentia speciali & expressa.

Item inhibemus omnibus clericis nostræ dicecessis sub poena iam dicta , ne aliquis eorum decano aut archidiacono sine nostro aut vicarii nostri mandato collectam vel exactiōnem soluere præsumat.

X V.

Cupientes affectum deuotionis augmentari , mandamus in virtute sanctæ obedientiæ , & volumus omnes sacerdotes , qui parochiis præsunt , singulis diebus dominicis aquam & sal benedicere , ac eosdem una cum toto clero ad ipsas ecclesias spestante horis consuetis ante Missarum solennia processionaliter circumire. Ut autem populus ad huiusmodi processiones inuitetur , omnibus vere poenitentibus confessis & contritis ipsam processionem deuote sequentibus , ac illis qui huiusmodi processionibus libenter interessent , sed quo minus intersint custodia bonorum suorum , infirmitate aut alio legitimo impedimento detinentur , sub fiducia diuinæ pietatis de thesauro ecclesiæ quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis sibi poenitentiis misericorditer relaxamus , & easdem indulgentias per rectores supradictos volumus exhinc publicari.

Concil. Tom. 33.

Vuuu